67

quomodo uincit quando contrahit inimicos nutrit uirib; aur-
que igitur libertas plena adque perfecta in illo dno ihu qui dix,
si ergo filius uos liberauerit tunc uere liberi eritis, quan-
do plena et perfecta libertas erit quando nulle inimicitie,
quando nouissima inimica mors destruetur, Oportet
enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc
induet inmortalitatem, Tunc fiet sermo qui scriptus
est absorta est mors in uictoria, Ubi est mors conten-
tio tua, quid est ubi est mors contentio tua? Caro concupis-
cebat aduersus spm et sps aduersus carnem, sed quando
peccati caro uigebat, Ubi est mors contentio tua? Iam
uiuemus iam non moriemur in illo qui pro nobis mortu-
us est et resurrexit, Precamur medicum saucii portamur
in stabulum curandi, ille est enim qui promittit sanitatem,
qui miseratus est in uia semiuiuum a latronib; derelictum,
infudit oleum et uinum curauit uulnera leuauit in iumen-
tum pduxit in stabulum stabulario commendauit, Cui sta-
bulario forte illi qui dix, Pro xpo legatione fungimur,
dedit etiam duos nummos qui inpenderentur saucio curan-
do, forte ipsi erant duo precepta in quib; tota lex pendet et
prophete, Ergo fratres et ecclesia hoc tempore in qua
saucius sanatur stabulum est uiatoris sed ipsa ecclesia tur-
rum est possessoris hereditas,.,.,

Explicit XXXVIII Incipit XXXVIIII

Abeo quod scriptum est, Scio quia filii habra-
he estis sed queritis me interficere usque
ad id quod scriptum est, propterea uos non au-
ditis quia ex deo non estis.

DOMINUS NOSTER ETIAM IN FORMA
SERUI NON SERUUS SED IN FORMA ETIAM
serui dns, fuit quippe illa caro nisi forma seruilis sed
quoniam uir erat similitudo carnis peccati, liberatem

(peccati non erat caro)

ut quid inquit iam non sibi uiuant (uiuit) sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.